

inbecillus est et ignavus qui propter dolorem moritur, stultus qui doloris causa vivit. (Sen. epist. 58, 36)

propter / causa

- 1) Caesar primo et propter multitudinem hostium et propter eximiam opinionem virtutis proelio supersedere statuit. (BG 2,8,1)
- 2) ... ut aut voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa aut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. (Cic. fin. 1,10,36)
- 3) Fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum, ... ; nam propter eximiam pulchritudinem etiam hostibus digna, quam sanctissime colerent, videbatur. (Verr.)
- 4) ... Atque illae quidem iniuria, quae nocendi causa de industria inferuntur, saepe a metu proficiscuntur, (Cic. off. 1,24 f.)
- 5) Tibi propter opes et copias et dignitatem tuam tolerabilius senectus videtur. (~Cato8)
- 6) ... cum propter metum dimicationis et sanguinis domo se teneret, ... (red. sen. 29)
- 7) ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplicii causa demittere homines et subicere flammarum solebat. (Verr.)